4 A. gr.
248

4° A. gr. 248

Horapollo

416 026 427 600 14

4 A. gr. 248

4° A. gr. 248

# IOANNES FROBENIVS STVDIOSIS S. D.

Horapollo

Damus nũc vobis Orum Apollinem Niliacũ de Hieroglyphicis notis a Bernardino Trebatio Veicetino latinitate donatum. In quo veteris Aegyptiorum ſapientiæ theſaurum reperietis. vulgo haud dum cognitũ. & miras rerũ ac aĩamtiũ naturas ac proprietates. Eum inſignis ille meliorum litterarum antiſtes Chonradus Peutinger apud videlicos Auguſtani ſenatus a ſecretis & Cęſareę maieſtatis a conſilio liberaliter non ita dudum nobis communicauit. Bene Valete. & Frobenium amate,

**Cum priuilegio.**

Venundantur Parrhiſijs ſub Pellicano & Leone argenteo vici ſancti Iacobi.

[illegible]
nenſis ad Georgium roilletum ſacre
pagine profeſſorem in Burgundio
num gymnaſiarcam.
Epigramma.

Si quid in occultum tellus contraxerit aut ſi
Semina cultori deneget aucta ſuo.
Vt rutilos pulſa titan caligine currus
Impulit/abſconſum naſcitur atqꝫ patet.
Sed nec adhuc manifeſta dedit quę ęgyptia tellus:
Dicitur innumeros occuluiſſe dies.
Ergo quis exponet? ſol fiet in orbe ſecundus.
Hoc in purgato codice nomen habet.
Niliacos cupiens occultos noſcere ritus/
Hic legat & claros Orus Apollo dabit.
Quod niſi ſoluiſſet veterū hæc enigmata/ſolus
Inter mortaleis lucidiora dares.
Ius conſulta themis: virtus tibi munera donat
Et te pro gnato cœlica pallas habet.

Ad Bibl. Acad. Land.
Universitäts Bibliothek München



# CHVONRADO PEVTINGER AVGVSTANO. IVRISCONSVLTO. BERNARDINVS TREBATIVS VINCENTINVS S. D.

EN Orum latinum / ſi modo id ſum
conſecutus/exhibeo tibi patrone op
time/ſit eñ hęc tuiveriſſima appella
tio. nam vt omittam dicere de homi
nibus/patro nus es Reip. litterariæ
debet tibi om̃e genus ſcriptorum. ſiquidem ſic om
nium es ſtudioſus vt omnes habere velis, conqui=
ras vndiqꝫ, nonnulli multos annos deſiderati nunc
demũ tua opera legantur. Hiſtoriarũ vero ſeries
omnis per te explicatur, ac habent in te viuum ex=
emplar. Antiquitas ipſa nullo magis gaudet alũ
no. Romani autem Cæſares quem alium malint
curatorem? non tibi eorũm geſta cognouiſſe ſatis
eos ipſos ſignatos omnes in Chartis/ære/argento
ſolido auro demoſtras. Et quod viui non potue=
runt/mortui adepti ſunt: vt eodem tempore/& iu
uenes/& ſenes/& in om̃i ętate quales fuerit cõſpici
poſſint. Sed & ipſi Romani duces/quod nõ ſecũdo
perierint tibi acceptũ rcferũt. tu eorũ epigrãmata
coligis vndecũqꝫ/& iam vetuſtate collapſa/dimidia
ta fere/reſtituis/ac das vt/poſtq̃ i marmore neque=
ũt i Chartis leganẽ. Sed qd eqo hęc de te ad te alijs

melius aliquando narrabo. Quin Greci ipſi, ſi quis
inferis ſenſus, tibi bene pręcantur. nam cũ iã deſint
ex eorum genere qui legant, curas tu vt a latinis le
gi poſſint. optarem vel hac cauſa patere mihi Græ
corum penetralia, vt ſatis tuę poſſem facere volũta
ti. debeo eñ tibi omnia cũ ob beneuolentiam, tum
ob merita multa: tu mihi viſo tantum, omnia ami=
citiæ, vel antiquiſſimæ officia præſtitiſti: domo me
ſuſcepiſti: petenti omnia tribuiſti: multa etiam vl=
tro obtuliſti. idq; nullis meis in te meritis. Quod
& ſi in omnes itidem humanus es & liberalis, me
tibi tamen plus cæteris debere ſentio. Verum in
præſenti: qui me memorem oſtendam habeo nihil
pręter animum, & hoc quicquid eſt libelli, quẽ, quia
non ingratum tibi fore ſentiebam, tranſtuli maio=
ri volũtate, q̃ facultate. nam & adhuc in hac lingua
peregrinor, & eſt libellus eiuſmodi, vt ne a Græcis
quidem ipſis totus legi poſſit. Inerunt & quæ for=
taſſe nugatoria ac frigida videantur, que tamẽ ego
nõ omiſi. non enim Cenſoris. ſed interprætis fun/
gebar officio. nec animus fuit ita religioſe vertere
vt verbum verbo redderem. quid enim ineptius?
Latinis enim. non Græcis laboraui. Quantum au
tem effecerim. tu facillime iudicabis. & ſtatues an
eiuſmodi ſit opuſculum. vt ei in tua refertiſſima bi
bliotheca locus eſſe debeat. Vale decus patriæ. ac
meliora ſi deus annuerit. aliquando expectes, Au/
guſtæ. duodecimo Caleñ. Maias. ãno M.D.XV.

# ORI APOLLINIS NILIACI HIEROGLYPHICA. PER BERNARDINVM TREBATIVM VICENTINVM DE GRAECIS TRANS/LATA.

## QVOMODO AEVVM SI/GNIFICANT.

AEuum ſignificantes Solem & lunam
deſcribunt, eo quod ſint hi. Planetæ
ęui elementa. ęuum aliter ſcribere vo
lentes. Serpentem pingunt, caudam
reliquo corpore tegentem. eum vo=
cant Aegyptij. Vreũ, id eſt. Baſiliſcum. quo qui=
dem aureo formato deos circundant. Aeuum au=
tem dicunt Aegyptij per hoc animal ſignificari:
quoniam cum ſint tria genera Serpentum. cætera
quidem moriuntur. hoc ſolum eſt immortale. hoc
& quodlibet aliud animal ſolo ſpiritu afflans abſq;
morſu interimit. vnde cum vitæ & necis poteſta=
tem habere videatur. propter hoc ipſum deorum
capiti imponunt.

> Sol & lu/ na æuũ ſi gnificãt.

> Vreus idẽ Baſi liſc⁹

## QVOMODO MVMDVM.

Mundum ſcribere volẽtes Serpentem pingunt..ſuam ipſius caudam deuorantem/ diſtinctum varijs ſquamis,per quas Mundi aſtra figurant. Et grauiſſimum quidem hoc animal eſt pro magnitudine/ quemadmodum terra / eſt etiam lubricum & in hoc aquæ ſimile/ac ſingulo quoq; anno pellem vna cum ſenio exuit. Secundum quam rationẽ & in mũdo annuum tempus mutationẽ faciẽs inueneſcit. Quod vero pro cibo corpe ſuo vtit̃/ſignificat id quęcũq; diuia ꝓuidẽtia gñant̃ i mũdo/hæc oĩa in eũdẽ diminutionẽ pati.

Lubricꝰ ſerpens.

## QVOMODO ANNVM.

Annum ſignificare volentes Iſidem / hoc eſt/ mulierem pingunt.hoc ipſo etiam deam ſignificant. Eſt autem apud Aegyptios Iſis aſtrum eorum lingua Sothis nominatũ/ Græcorum vero aſtromyon. quod & cæteris aſtris videtur dominari / aliquando maius/aliquando minus apparens / & nũc quidẽ clarius/ſecus alias. Ad huc etiã i eius ortu oĩa quę proximo anno futura ſunt / prouideri ſolent.Qua ex re non in merito annum appellaarunt Iſidem.Et aliter annũ deſcribentes palmã arborem pingunt/eo quod hæc ſola preter aliarũ naturam ad Lunæ ortum ramum vnum emittit. Ita vt in duodecim ramis annus integer perficiatur.

Sothis. aſtromiõ

## QVOMODO MENSEM.

Menſem ſcribentes ramum pingunt/aut Lunã inuerſam. Ramum quidem ob eam, quę in palma arbore dicta eſt cauſa. Inuerſam vero lunam,quoniam, vt dicunt,cum ſtatim oritur quindecim reſtãt partes. ad hoc vt cornibus in ſuperiorem partem diductis appareat. Cum vero occultatur,tringinta dierũ expleto numero in partem inferiorem cornua declinat.

Luna inuerſa quid

## QVCMODO ANNVM INSEQVENTEM.

Annum inſequentẽ ſignificãtes quartã partẽ arui deſcribũt. Eſt autẽ aruum menſura terrę cubitorũ centũ. volentes autẽ annũ dicere ,quartũ dicũt,quoniã,vt perhibẽt, ab ortu aſtri,quod ſothidem vocãt/ad aliũ ortũ intereſt diei pars quarta. Et eſſe annũ ſolis dierũ trecẽtorũ/& quinq; ſupra ſexaginta. Vnde quarto quoq; anno diẽ ſuperfluũ ægyptij adnumerant.quater enĩ pars quarta diẽ cõplet

Aruum.

Sothis.

## QVID SIGNIFICENT SCRI/ BENTES AQVILAM.

Cum volunt deũ ſignificare/aut altitudinẽ/ aut depreſſionẽ/aut excellentiã/aut ſanguinem/aut victoriã Aquilã pingunt Deum quidẽ/eo quod ſit auis hæc fœcũda & longæua. Et ad hoc quod videtur ſimulacrũ eſſe Solis/cũ præter cæteroꝝ volatiliũ naturã intẽtos oculos teneat in radios ſolares. Vnde & medici in oculorũ medelam herba ab Aquila dicta vtũtur. & ſolẽ tãq̃ dñm viſus aliq̃n Aquilæ forma depingũt. Altitudinẽ/ q̃m cætera quidẽ volatilia/cũ velint in altũ aſcende

Solis ſimulacrũ

Sol dñs viſus,

re,oblique feruntur.cum non poſſint in directum volare.ſola autem Aquila in altum recta fertur. Depræſſionem.quoniam eodē modo cęteræ aues oblique ad terram feruntur. Aquila ſola recta deſcendit. Excellentiam.quoniam Aquila cęteris volatilibus prędtare videtur.Sanguinem.quoniam.vt dicunt.Aquila non aquam.ſed ſanguinem bibit. Victoriam.quoniam videtur reliquas aues omneis ſuperare.ſi cui enim congreſſa vinci ſe ſentiat,reſupinat ſeſe,ac dirigit vngues. alas ac dorſum ad terram verſa.atq; hoc modo pugnat.auis vero inimica,cū hoc facere nequeat,facile in fugā vertitur.

Aquile excellētia.

QVOMODO INDICANT ANIMAM.

ET pro anima Aquila ponitur.ex nominis interpræ tatione.Vocatur enim apud Aegyptios anima Baieth.hoc autem nomen diuiſum.animam ſignificat & cor.eſt enim bai anima.eth vero cor. Cor vero apud Aegyptios eſt ambitus animę vnde nomen ipſum ſonat.quaſi cordatam animam Qua ex re Aquila eiuſdem naturæ cum anima,vt plurimum aquam non bibit,ſed ſanguinem: quo & anima nutritur.

Aquila aia. Baieth. Bai aia Eth cor

QVOMODO MARTEM ET VENEREM.

MArtem & venerem ſcribētes duas aquilaspingunt.marem.quem Marti cōparant.& fœminam,quā veneri.Et hoc ideo quia reliqua animalia non ſemper mari ad omnē mixtionē parere volūt.



Aquila vero,ſēper. Ter decies enim in die cōpreſſa poſtq̄ ſurrexerit,ſi mas vocet,denuo accurrit.quapropter cū maxime ſit in Venerem prona, Aegyptij eā Venerem vocāt. Et propter hoc etiā Aquilam Soli dicarunt,quia ſolem imitata terdenum numerū coeundo complet. Aliter Martem & Venerem ſcribentes,geminas cornices pingunt.marē & fœminā.quoniam hoc aial duo oua parit:ex quibus marem & fœminam generari oportet.Si autē eueniat, quod raro euenit,vt duo mares generētur,aut duæ fœminæ, iugati mares cum fœminis alteri cornici nō admiſcentur.Itidē neq; fœmina alteri mari,verū diſſociati Soli degūt. Ideo vnicæ Cornici occurrentes augurātur futurum.vt uiduali vita ſibi viuendum ſit.

Aquila Ven⁹ dicta.

Cornices geminę quid.

QVOMODO NVPTIAS.

CVm nuptias ſignificare volunt, geminas cornices pingunt, ob eam, quæ ſupradicta eſt cauſa.

QVOMODO VNIGENITVM.

VNigenitum ſignificātes, aut generationē, aut patrē,aut mūdū, aut hominē Scarabeū pingūt.Vnigenitū quidem,quoniam per ſe generatur hoc animal nō cōceptum a fœmina. huius enim ſolius generatio talis eſt. Cū libuit mari procreare,excremēto bouis inuēto,ex eo pirulam conficit rotundam,ad cęli ſimilitudinē.quā innixus tergo rotat ab ortu occaſum verſus, ad orientē Solē ipſe reſpiciens,

Scarabeus quid.

Sol ab oriente in occidentē fertur.

quoad rotunda effecta mundi formam acceperit. Sol enim ab oriente in occidentem fertur. Iterum rediens in orientem. Cōtrario vero motu fertur aſtrorum curſus ab occidente in orientem. hanc igitur pirula defodiēs relinquit octo & viginti dies. tot enim diebus Luna duodecim ſigna: quæ ſunt in Zodiaco: metitur. & ſub ea perficitur animatum Scarabeorū genus. nono autē & vigeſimo die pirulam aperiens in aquā proiicit: hoc enim die putat cōiunctionē fieri Solis & Lunę. & mūdi inſuper generationē: qua aperta in aqua animalia prodeunt: quę ſunt Scarabei Generationem: propter eam que dicta eſt cauſa. Patrem quoniam a ſolo patre ortum habet ſcarabeus. Mundū: quoniā ſimilem figurā generationis habet cum mūdo. Hominē autē: quoniam in ea ſpecie fœmina non inuenitur. Sunt autem Scarabeorum tres formæ. Prima feliforma & lucida: quam ob ſimilitudinem Soli dicarunt: ferunt enim marem felem oculorum pupillas variare ad curſum Solis. oblongæ enim fiunt mane ad ortum Solis: rotundæ deueniunt circa meridiem: obſcurantur autem occidente ſole. Vnde & in vrbe Solis dei ſtatua eſt feliforma. Et habet Scarabeus digitulos triginta. ob triginta dies menſis: in quibus Sol oriens ſuum perficit curſum. Secūdum genus bicorne & tauriforme eſt. & Lunæ conſecratum: a quo & in cælo taurum aſcendentem Lunę eſſe volunt Aegyptii. Tertia ſpecies habet vnum

Zodiacus duodecim ſigna habet.

Scarabeorū tres formæ.



cornu tantum: & propriam formam: quā Mercurio dicatam putauerunt. Sicut & Ibis auis eſſe dicitur.

Ibis.

VVLTVREM SCRIBENTES QVID SIGNIFICENT.

MAtrem ſcribentes: aut viſum: aut terminum aut præcognitionem aut annum: aut miſericordiam: aut Palladem: aut Iunonem: aut duas dragmas Vulturem pingūt. Matrem quidem quoniam in hoc auium genere mas non inuenitur. eorum vero generatio fit hoc modo. Cum vult concipere Vultur genitale vas ad Boream aperit: & ſic perſtat diebus quinq;: in quibus neq; edit: neq; bibit. & hoc modo fœtum cōcipit: ſunt & alia genera Vulturum: quæ non ad ventum concipiunt. quorum generatio ouorum ad cibum, non etiam ad fœtum procreandum vtilis eſt. ¶ Viſum: quoniā inter cætera animalia acutius proſpicit. in ortu enim Solis ad occaſum reſpiciens: & in occaſu ad ortum. ex lōgo interuallo proſpicit quod edat. Terminum: quoniā futuro bello: locum terminat ſeptem diebus præueniens Præcognitionem: ob dictam cauſam. & quoniam ad eā partē reſpicit: in qua altera pars inferior futura eſt inhiās occidentorū maiori parti. Vnde ſolebant antiqui reges ſpeculatores mittere: qui renunciarēt: quā in partem verſi reſpicerent Vultures, Annum: quoniā trecētos ſexaginta quinq; dies: quibus perficitur annus: diuidit hæc auis hoc modo. Centū & viginti

Vultur quid.

Borea concipit vultur.

Regum antiquorū mos.

dies in terra manet, nec ſe vnq̄ humo tollit: pullorū curam gerens, eosq; nutriēs. ducētos & quadraginta ſeipſum curat, neq; nutriens, neq; cōcipiēs. Tantum modo ad aliam cōceptionem ſe præparās. quinq; reliquos dies, vt dictum in cōcipiendo conſumit: Miſericordiam, quod perabſurdum fortaſſe videatur, cum animalium nulli hoc animal pareat, tamen ob hanc cauſam ita poſuerunt, quoniam totis diebus cētum, quos enutriēdis pullis impartitur, fere nunq̄ euolat: ac ſi quando cibus, quo fœtus enutriat deſit: ne fame conficiantur vulnerato ſibi fœmore, ſanguinem ſuggēdum præbet. Palladem & Iunonem, quoniam videtur Aegyptijs Pallas quidem ſuperius cæli hemiſperium ſibi vendicaſſe, Iuno vero, inferius. Vnde & abſurdum putant cælum maſculino genere notari: cum generatio Solis & Lunæ, & reliquorum ſyderum fœmineo opere perficiatur. Et Vulturū genus vt dictum eſt. eſt tantum fœmininum. ob quam cauſam huius ſexus ceteris auibus Vulturem regem adſcribunt: quo quidem Vulture, ne in longum protrahatur ſermo, quancunq; deam deſignant. Matrem inſuper ſignificare volentes Vulturem pingūt eſt enim mater fœminei ſexus. Duas autē dragmas picto Vlture notant, quoniam apud Aegyptios vnitas ſunt duæ dragmæ. Vnitas autem principium eſt omnis numeri. non immerito igitur duas dragmas ſignificarę volētes Vulturem ſcribunt cum & mater

Vultur auium rex
Dea quecūq; vulture ſignatur.
Vnitas



& principiū, quemadmodum vnitas eſſe videatur.

## QVID ASTRVM SCRIBENTES SIGNIFICENT.

Deum ſignificantes, aut fatum, aut quinquenarium numerum, aſtrum pingunt. Deum quidem, quoniam diuina prouidentia omnis ſtellarum, ac totius mundi motus conficitur. videtur enim ſine Deo nihil penitus poſſe conſiſtere. Fatum: quoniam conſtat ipſum ex ſtellarum motu. Quinquenarium vero numerum, quoniam cum ſint plura in cælo aſtra ex eis quinq; ſola mota, totius mūdi diſpenſationem conficiunt.

Deum cur aſtro ſignabāt

## CYNOCEPHALVM SCRIBENTES QVID SIGNIFICENT.

Lunam volentes ſignificare, aut orbem terrarum: aut literas: aut irā: aut natationē CYnocephalum pingunt. Lunam quidem: quoniam hoc animal varie afficitur ad curſum lunæ. quādo enim Luna Soli iūcta nō apparet: tūc mas CYnocephalus neq; videt: neq; comedit. triſtis eſt autē oculos in terrā deiectus: tanq̄ Lunæ raptū lamentetur. Fœmina vero: præterq̄ quod nō videt: & eodē modo quo mas afficitur fluxū ſanguinis emittit ex naturalibus. Vnde in ſacris & in hæc vſq; tēpora nutriunt Cynocephalos: vt per eos pateat Solis & Lunæ coniunctio. Orbē terrarū: quoniā dicūt duo & ſeptuaginta eſſe climata mūdi. hos autē diligēter nutritos in ſa

Cynocephal' qd
Solis & Lunæ cōiunctio quomodo patet

cris ac curatos nõ mori,quemadmodum cætera ani=
malia,vno die,verũ ſingulo quoq; die partem earum
defunctã ſepeliri a ſacerdotibus,reliquo corpore ad=
huc priſtinam naturã retinente . & ſic deinceps fieri
vſq; ad ſecundum ſupra ſeptuageſimum diem,& tũc
deniq; totum mori. Literas,quoniam innatæ ſunt li
teræ Cynocephalis apud Aegyptios . Vnde cũ pri=
mum aduectus eſt in tẽplum, Cynocephalus appo=
nit ei ſacerdos tabellam,ſtilum ac atramentũ: pericu
lum faciens,an ſit ex genere a literis non abhorrente
& inſcribit.Iram,quoniam animal hoc ſupra cætera a
nimalia iracundum eſt. Natationem vero,quoniam
reliqua animalia,ſi natationem frequentent ſordida
ac ſqualida fiunt: ſolus Cynocephalus quo vult ena=
tat,nullis vnq̃ fœdatus ſordibus.

## QVOMODO NOVAM LVNAM SIGNIFICENT.

NOuam Lunam ſcribere volẽtes,iterum Cy=
nocephalum pingunt,ſtantem,& pedes an
teriores in cælumtollentem:habentemq; re
gale ſignum in capite . hac figura ſcribunt Cynoce= [Cynocephali figura.]
phalum,cum nova Luna apparet,tanq̃ deo gratias a
gat, quod Luna præteruecta Solẽ, luceat & ipſa, nec
lumen Solis impediat.

## QVOMODO AEQVINOCTIA SIGNIFICENT.

AEquinoctia,quæ bis in anno cõtingunt,ſi=



gnificare volentes Cynocephalum ſedẽtem pingũt
hic enim tempore æquinoctij per ſingulam horam
duodecies in die mingit , hoc idem facit & noctu .
Qua ex re non ſine ratione in hydrologijs Cynoce=
phalum ſculpunt Aegyptij,& ex mẽbro faciũt aquã
defluere.quoniam,vt ante dictum eſt,duodecim ho= [Hore quomodo ſignate.]
ras mingendo ſignificat:ne autem foramẽ per quod
exit aqua ĩ horologiũ, latius ſit aut anguſtius(vtrũq;
enim rationẽ horarũ impediret)extrema ipſius depi
lata cauda ad huius craſſitudinem, ferream fiſtulam
in hunc vſum parãt.atq; hoc placuit eis ſic facere nõ
ſine ratione.quemadmodũ nec in alijs rebus.& quia
etiam in æquinoctijs ſolus ex omnibus animalibus
duodecies latrat in die per ſingulas horas.

## QVOMODO ANIMVM IRAM: AVT FVROREM SIGNIFICENT.

ANimum,Iram,aut Furorem ſignificare vo [Animus cũ leone notatus.]
lentes Leonem pingunt . caput magnum
habet hoc animal,& oculorũ pupillas igni=
tas. corpus rotundum,& pilos radijs ſimiles ad imi=
tationẽ Solis. Vnde & ſub ſolio Solis Leonem pin=
gunt,demõſtrantes ipſius ad Solem ſimilitudinem .

## QVOMODO FORTITVDINEM.

FOrtitudinem ſignificantes Leonis anterio
res partes deſcribunt,eo quod hęc membra
latiora habeat reliquo corpore.

QVOMODO VIGILANTEM.

VIgilãtem aut cuſtodem ſcribẽtes, caput Leonis pingũt. quoniam Leo, cũ vigilat, habet oculos clauſos. cũ vero dormit, tenet reſeratos: quod quidem vigiliæ ſignum eſt. Vnde non immerito ad ſacrorum clauſtra apponunt Leones tanq̃ cuſtodes.

QVOMODO FORMIDOLOSVM HOMINEM.

FOrmidoloſum ſignificantes, eodem vtuntur ſigno. cum ſit hoc animal inter cætera fortiſſimum omnibus occurrens timorem incutit.

QVOMODO NILI INVNDATIONEM.

NIli inundationes ſignificantes (vocãt autem Nilum Num, quod lingua noſtra idem eſt quod nouũ) aliquãdo Leonẽ pingũt, aliquãdo tres hydrias. Leonẽ quidẽ, quoniã cum Sol intrat Leonẽ maximas inũdatões facit. Tres vero hidrias & neq; plures, neq; pauciores, quoniam triplex cauſa inundationis aſſignatur. Vna quidẽ ipſa Aegyptia terra, quæ aquã ex ſe generat. altera oceanum. refluit enim oceanũ inundationis tẽpore per Nilum. Tertia cauſa fiunt Imbres, qui plurimi ſunt per tempus inũdationis ad partes Auſtrales Aethiopiæ. Quod autẽ Aegyptus aquã generet poteſt hoc modo cognoſci. in cæteris enim Climatibus mũdi inundationes ſunt hiemali tẽpore ob cõtinuos & immodicos imbres, ſola autẽ Aegyptus media i orbe terraꝝ, quẽ

Num. i. nouum.

Hydrie tres quid

Inundationis triplex eſt cauſa.



admodum in oculo pupila, æſtate gignit ſibi Nili inundationes.

QVOMODO AEGYPTVM SCRIBVNT.

AEgyptum ſcribentes, acerram ardentẽ pingunt, & deſuper cor, indicãtes quod quemadmodum cor Zelotypi cõtinue vritur, ſic & Aegyptus ob caliditatem continue, quæ illic ſunt animalia, procreat,

Zelotipi cor.

QVOMODO HOMINEM NON PEREGRE PROFICISCENTEM.

HOminem non peregre proficiſcentem ſignificantes caput Aſini pingunt. quoniam neq; hiſtorias audit, neq; eos qui peregrinati ſunt, ſẽtit.

Aſini caput

QVOMODO TVTELLAM.

TVtellam ſcribẽtes, duo hominũ capita pingũt maris vnũ itro aſpiciẽs, alteꝝ fœmine extra, ſic em dicũt nullũ dẽmonẽ poſſe inuadere, quoniã & ſine literis, duobus capitibus ſeipſos cuſtodiũt.

Demon quomodo non põt inuadere.

QVOMODO EMBRIONEM ID EST IMPERFECTVM HOMINEM.

EMbrionem ſignificantes, Ranam pingunt, quoniã huius generatio ex fluminis limo pficitur. Vnde eſt videre interdũ ſemiperfectã Ranã ex parte quidẽ aïal: ex alia vero parte terreſtre quiddam: ita vt flumine deficiente: deficiat & ipſa.

Embrio i. imperfect⁹ hõ.

QVOMODO ORATIONEM.

ORationem ſcribentes: linguam pingũt: & vul

neratũ oculũ:primas partes ſermonis linguæ dãtes: ſecundas oculis.ſic enim prefectæ animæ oratio cõſiſtit cũ ad ipſius motũ conformatur. Aliter orationem ſignificantes linguam pingunt:& ſubter manũ orationis primas attribuere viſi linguæ:ſecundas vero manui:tanq̃ linguæ volita perficienti.

Partes ſermonis quib⁹ dãtur.

QVOMODO TACITVRNITATEM.

TAciturnitatem ſignificantes,numerũ ſcribũt,M.LXXXXV.qui numerus eſt annorũ triũ,conſtituto anno ex diebus.CCCLXV. Intra quod tẽpus cum non loquatur infans ſignificatur,& ſi linguã habuerit,illi tamen vocem defuiſſe.

Annus quotdies habet.

Infans q̃diu manet ad loquendũ.

QVOMODO PATENS QVID

PAtẽs quid ſignificãre volẽtes. Leporẽ pingũt habet eñ oculos hoc aĩal ſẽper apertos.

QVOMODO VOCEM REMOTAM

VOcem remotam ſignificare volentes:quæ apud Aegyptios vocatur væ,vocem aeris ſcribunt,id eſt,tonitruum: quo neque grauius quicquam ſonat,neque vehementius.

QVOMODO VOLVPTATEM.

VOluptatem ſignificantes .XVI. numerum ſcribunt. hinc enim incipiunt homines Veneri indulgere & generare.

QVOMODO COITVM.

COitum ſignificãtes numerũ XVI ſcribũt ge



minatum,quia enim filij ſunt ex voluptatibus,coitus vero ex geminis voluptatibus maris ſcilicet & fœminæ,propter hoc ſecundum numerũ XVI adiungũt.

Filij ſunt ex voluptatibus

QVOMODO ANTIQVAM STIRPEM.

ANtiquam ſtirpem ſignificare volentes, papyrorum faſciculum pingunt . per hoc ſignificãtes primos cibos. cibi enim aut natõis nullus principium inuenerit.

Papyrus faſcicula

QVOMODO GVSTVM.

GVſtum ſignificare volentes gutturis principium pingunt. omnis enim guſtus ad hoc vſq; ſeruatur.dico autem perfectum guſtum.guſtum vero imperfectum cum volunt ſignificare linguam in dentibus pingunt.his enim omnis guſtus perficitur.

QVOMODO ANIMAM DIV IN VITA DVRANTEM.

ANimam diu durãtem, aut inundationem ſcribere volẽtes,Phœnicẽ auẽ pingunt. Animam quidẽ,quoniam præ cæteris aialibus longiſſima eſt huic vita.Inundationẽ vero, quoniam ſignũ eſt Solis Phœnix:quo nihil in toto mũdo maius eſt ad omnes enim aſcendit,omnes preſcrutatur Sol.

Pheuix.

QVOMODO EVM QVI SERO A PEREGRINATIONE REDEAT.

CVm qui ſero a peregrinatione redeat cũ ſcri

bere volunt:rurſus Phœnicem auem pingũt.hæc em̃
poſt quingenteſimum annum:cũ iam eſt morti pro
pinqua:in Aegyptũ remeat. ac ſi preueniat ante obi
tum curatur myſtice ab Aegyptijs.& quæcunq; alijs
ſacris animalibus tribuunt:hęc:& Phœnici omnia de
bentur.gaudet em̃ Sole maxima Phœnix: in Aegy=
pto præcipue.ut pote illic vehementi. Vnde & illius
calore dicunt inundare Nilum.

Sole gaudet phœnix.

## QVOMODO COR.

COr cum volunt indicare:Ibidem pingũt.eſt
enim hoc animal Mercurio dicatum:omnis
cordis & rationis domino. & Ibis ipſa maius quam
pro magnitudine corporis cor habet. de qua ſermo
eſt plurimus apud Aegyptios.

Ibis mercurio di=catur.

## QVOMODO PERITIAM.

PEritiam indicantes cælũ pingũt rore pluẽs
quoniam quemadmodũ ros in omneis plã
tas dicidens mollit eas:quæ habẽt huiuſmodi naturã
vt molliri queant.alias vero nequaquã:quę ſuapte na
tura duræ ſunt.ſic & peritia omnibus hominibus ſe
præbet:ac eam ingenioſi tanq̃ rorẽ imbibunt: obtuſi
vero hoc facere non poſſunt.

Roris natura.

## QVOMODO AEGIPTIACAS LITERAS.

AEgyptiacas literas ſcribentes: aut ſacrũ ſcri
ptorẽ:aut finẽ:atramentũ & cribrũ & iuncũ
pingunt.Literas quidẽ:eo quia omnia apud Aegy=



ptios ſcripta his perficiſcuntur.Iunco enim ſcribunt,
nõ alia re appingunt autem cribrũ, quoniam hoc pri
mum inſtrumentum ad conficiẽdum panem ex Iun
co fit.Indicant enim omnem,qui victum habeat,lite
ris operam daturum.qui vero non habeat diuerſę ar
ti vacaturum.Vnde apud ipſos peritia Sbo vocatur,
quod interpretatur cibi plenum.Sacerdotem,ſiue ſa
crum ſcriptorem,quoniam hic necem & vitam diju=
dicat.eſt enim apud ſacerdotes liber, qui vocatur ſa=
cra ambris.per quem indicãt de ægroto, victurus ſit
an moriturus.Finem autem, quoniam qui literas di
dicit,tranquillum vitę curſum aſſecutus eſt,liberatus
omnibus humanæ vitæ calamitatibus.

Iũco ſcribunt ęgyptum.

Sbo.i.ci=bi plenũ.

Sacra ambris.

## QVOMODO ITERVM SACRVM SCRIBAM.

SCribam iterum ſignificare volẽtes,aut Pro=
phetã,aut ſplenẽ,aut odoratũ,aut riſum,aut
ſternutationem,canem pingunt. Scribam
quidẽ,quoniã eũ qui debeat eẽ perfectus ſcriba,opor
tet multa meditari,adlatrare oẽs quodãmodo, agre=
ſtẽ eẽ,nemini,gratificari.queãdmodũ nec canes.Pro
phetã, quoniã præ cæteris aialibus admiratur canis.
& obtutu firmo intuetur ſimulacra deorũ. quemad=
modũ Probhetã.Splenẽ, quoniã leuiſſimũ ſplenem
canis habet.& ex eo mors eſt illi & rabies aliquãdo.
Et miniſtri canẽ curãtes,cum eſt moriturus,vt pluri=
mum ſplenitici fiunt. Odoratum vero,riſum & ſter=
nutationẽ:quoniã qui plane ſunt ſplenetici:neq; odo

Canis quid.

Splenitis

rare,neq; ridere,neq; ſternutare poſſunt.

### QVOMODO HOMINEM QVI SIT MAGISTRATVS.

MAgiſtratum ſcribentes,iterũ canẽ pingunt. cui addunt regiam ſtolam nudæ figuræ appoſitam,quoniã quẽadmodum canis,vt ante dictum eſt,in deorũ ſimulacra intentis oculis proſpicit,ſic & magiſtratus antiquis tẽporibus in nudum regẽ proſpiciebant.cuius gratia vendicãt ſibi regiam ſtolam.

### QVOMODO SACRVM PALLIVM FERENTEM.

SAcrum palliũ ferẽtem cũ volunt ſignificare domus cuſtodẽ pingũt, eo quod cuſtodiat ab illo palliũ,quẽadmodũ a cuſtode domus.

### QVOMODO HOROSCOPVM, ID EST: EVM QVI COMPVTAT HORAS.

HOroſcopum ſignificare volentes:hominem pingunt.horas comedentẽ:non ꝙ horas comedat homo.hoc enim impoſſibile eſt:ſed ꝙ in horas homines cibum parent.

Horas comedẽs

### QVOMODO IGNORANTIAM.

IGnorãtiã ſcribentes ignẽ & aquã pingũt,eo quod his duobus elemẽtis oĩs corruptio fiat.

### QVOMODO SCELESTVM HOMINEM AVT ODIVM.

SCeleſtum autẽ & odiũ ſignificãtes,piſcẽ pingũt,eo quod huius vſus execretur & interdicatur in ſacris,deſtruit eĩ quodcũq; reperit oĩs piſcis

Univ. Bibl. München



nec ſuo quidem generi parcit.

### QVOMODO OS.

OS ſcribentes Anguẽ pingunt.Anguis enim nullo alio membro pollet præterq̃ ore.

### QVOMODO VIRVM FORTEM ET TEMPERATVM.

VIrum fortẽ eundẽq; tẽperatum ſignificare volentes taurũ integræ valetudinis pingũt habet enim hoc animal mẽbrum calidiſſimum, adeo vt vaccæ iũctus ſine vllo motu ſemẽ emittat. Quod ſi quando a naturali loco deuiet,& in aliam corporis partem membrum intendat vulnerat vaccam præpotenti illius intenſione.ſed & temperans eſt . nam poſt conceptum vaccæ nunq̃ cum illa coit.

### QVOMODO AVDITVM.

AVditũ ſcribẽtes,tauri auriculã pingũt . bos eĩ poſtq̃ cõcipere appetit(appetit aũt non lõgiori tẽpore q̃ tribus horis) tũc mugit q̃ maxie poteſt.in quibus ſi nõ taurus adcurrat,naturã claudit vſq; ad aliud determinatũ tp̃s.hoc aũt raro accidit.audit eĩ taurus etiã ſi lõgius abſit:& itelligẽs eã appetere accurrit ad coitũ,faciẽs hoc ſolus ex cęteris aĩalibus

Tauri auricula.

bos q̃diu appetit.

### QVOMODO FOECVNDVN PENEM.

PEnem fœcũdum ſignificãtes hircum pingũt non autem taurũ,nam hic poſt annum integrum tãtum coire incipit.Hircus vero poſt ſeptimũ diem ab ortu coit.et quãquam inualidum & ſterile

ſemen emittit:coit tamen cicius cęteris animalibus.

## QVOMODO PECCATVM.

PEccatum ſignificantes, Orygem anial pingunt,quoniā apparente Luna,ſi ad eam reſpiciat,clangorem emittit,neq; adorans eam,neq; benedicens.huius autem rei ſigum manifeſtiſſimū eſt. prioribus enim pedibus effodiēs terrā, caput abſcondit,tanq̄ ægre ferat,ac nolit aſpicere Lunæ ortū : hoc idem facit oriente Sole.Quamobrem antiqui reges horoſcopo ortum ſibi nunciāte,animali huic aſſidentes,per hoc medium tanq; gnomonem quēdam exacte de ortu perquirebant . Et ſacerdotes hūc ſolum ex volatilibus comedūt, quoniam inimicitiam quandam in deam exercere videtur.nam ſi in ſolitudine aliqua nactus ſit fōtem,poſtquam biberit aquam turbat,ac puluerem,aut lutum pedibus immitit.Et hoc facit ea de cauſa,vt inutilis fiat aqua cæteris animalibus.adeo ſceleſta & odioſa putatur Orygis natura. hoc enim impie facit cum ipſa dea omnia generet : omnia nobis quæ toto mundo vtilia adaugeat.

Orygis natura.

Fons ab orige turbatus.

## QVOMODO INTERITVM.

INteritum ſignificātes Murem pingūt . hic enim omnia deguſtans coinquinat,ac inutilia reddit.eodem ſigno vtuntur,cum iudicium ſignificare volunt.pane enim multo ac aduerſi generis ſimul poſito,optimum quenq; ſeligens comedit.Vnde & optimi panis iudiciū in muribus eſſe putatur.

Panis optimi iudiciū a mure.



## Quomodo impudentiam.

IMpudentiam ſignificantes , Muſcam pingunt.ea namq; abacta cōtinue nihilominus redit.

## Quomodo notitiam.

NOtitiam cum volunt ſignificare,Formicam pingunt.nouit enim hęc tutas ſibi parare latebras.ad hæc præter morem cæterorum animalium in hyemem ſibi cibum parans non deuiat a ſuis latebris,verum recta ad ipſas pergit.

Formicæ natura.

## Quomodo filium.

FIlium ſcribere volentes, Chinalopiam pingunt.eſt enim hoc animal maxime pullorum amās.Et ſi quādo inſequatur ſe venator, & vna pullos, ſponte venatoris præda fit.ſi modo poſſit ſic faciēs ſeruare pullos.quā ob cauſam viſum eſt Aegyptijs id animal filio comparare.

Chinalopia.

## Quomodo dementem.

PElicanum auem marinam pingētes, dementem ſignificant . hæc enim auis cum poſſit in altioribus locis, quemadmodum cætera volatilia , deponere,hoc non facit,verum humo defoſſa in ſcrobe oua parit . Quod ſcientes aucupes locum bouis ſtercore circumlinunt,ac ignem ſupponunt . Pelicanus autem viſo fumo , volens ſuis alis ignem extinguere,non modo non extinguit , ſed potius illarum vētilatione exſuſcitat. Vnde combuſtis alis, facile fit

Pelicani natura.

aucupũ preda, quam ob rem cumfiliorũ cauſa pericli teť: nefas eſt ſacerdotes veſci Pellicano. Ex ægyptijs multi comedũt putantes illũ nõ iudicio, verũ natura & in filios pietate ſubire diſcrimen.

Quomodo Gratitudinem.

Gratitudinẽ ſcribẽtes, Cucupham auem pingunt ſola enim hęc cęterorũ animaliũ parentibus iã ſenio cõfectis gratiã refert: ĩ quo eñ loco ab eis nutrita eſt, ĩ eo loco nidũ illis cõficit ac pēnas vellit, cibũq; ſufficit, quouſq; renatis pennis per ſeipſos iam parẽtes cibũ parare poſſunt: vnde diuina ſceptra Cucupha inſignunt.

cucuphe natura.

Quomodo Iniuſtum & Ingratum.

INiuſtũ & ingratum ſignificãtes, vngues geminos hippopotami curuatos pingũt. hic eñ cũ adoleuerit piculũ facit, an iã patre fortior euaſerit. & ſi quidem pater cædit locũ illi impartitur ac pmittit viuere ꝑ patre vero mrĩs cõnubia appetit ſi vero non aſſentiatur pater eũ coire cum matre interimit ipſe patrẽ, iam ſuperior viribus. ſic enim ſcribũt geminos Hippopotami vngues curuatos admodum: quod cum homines vident, & qua ratione id facit cognoſcunt, proniores fiunt ad beneficia conferenda.

hippopotami natura

Quomodo iterum Ingratos erga Promeritos.

INgratos erga ꝓmeritos ſignificãtes colũbã pingunt. mas enim valẽtior factus patrẽ ſuũ



expellit, ac ipſe cũ matre coit. purum autemhoc animal eſſe videť. etenim orta peſte. & hãc infectis oñibus ſoli colũbas edentes illæſi perdurant quã ob cauſam tali tẽpore nihil aliud regi in prandio præter columbas apponunt. hoc idẽ contingere dicunt deorũ miniſtris. ſcribitur etiã bilem hoc animal nõ habere.

regi dať colũba.

Bilẽ colũba nõ hȝ

Quomodo Impoſſibile.

REm quę fieri neqat ſignificãtes hominis pedes ſcribunt deambulãtes in aqua Aliter, hominem deãbulãtẽ ſine capite. impoſſibile vtrũq; vnde nõ abſq; ratione id in eũ vſum aſſumunt.

Quomodo regem peſſimum.

REgem peſſimũ ſignificantes anguẽ pingũt ad mũdi figurã: cuius extremã caudã ori cõiũgũt nomẽ vero regis ponũt in media plicatione putantes ꝑ id intelligi dare regẽ totius dñm nomen autẽ Anguis eſt apud Aegyptios Meſi,

Meſi.

Quomodo Regem cuſtodem.

ALiter regẽ cuſtodẽ ſignificãtes Anguẽ quidẽ pingunt vigilantẽ. verũ pro regis nomine cuſtodẽ ponũt, hic eñ cuſtos eſt totius mũdi, oportet autẽ regẽ præcipue eſſe vigilantem.

Regis officium.

Quomodo Regẽ victorem.

REgem mundi domitorẽ ſignificantes, adhuc Anguẽ pingũt: & in medio ipſius maximã

dom um

### Quomodo populum regi obſequentem.

POpulum regi obſequentem ſignificantes, Apes pingunt. ſolum enim hoc ex animalibus regem habet quem reliqua apium multitudo conſequitur, ac illi paret, quemadmodum regi homines.

### Quomodo regem in parte dominantem.

**Serpens dimidiatus.**

REgem non totius dominum, verum in parte dominantē ſignificare volētes, dimidiatum ſerpentem pingunt. per animal regem ſignificantes Quod vero dimidiatum pinxerint, non totius imperatorem intelligi dant.

### Quomodo omnium victorem.

**Serpens integer.**

ONnium victorem cum volunt ſignificare adhuc integrum ſerpentem pingunt.

### Quomodo fullonem.

FVllonem ſcribentes geminos hominis pedes in aqua pingunt hoc enim a Mercurij ſimilitudine indicant.

### Quomodo rapacem, aut foecundum, aut inſanum.

RApacem: aut foecundum, aut inſanum ſignificare volētes Crocodilū pingunt. eſt enim foecundum animal Crocodilus. & ſi quando a petita rapina prohibeatur in ſeipſum iratus furit.



### Quomodo ortum.

ORtum ſignificantes geminos oculos Crocodili pingūt. huius enim oculi maxime lucēt.

### Quomodo occaſum.

OCcaſum indicantes Crocodilum inclinatum pingunt eſt enim hoc animal rotundum, & promiſcue parit.

**Crocodilus inclinatus.**

### Quomodo adumbrant tenebras.

TEnebras indicātes caudam Crocodili pingunt, non enim prius vincit, & ad internitionem redigit animal quod petit, quam cauda verberatum impotēs reddiderit. in hoc enim præcipue membro eſt fortitudo Crocodilo. cum ſint autem alia ſigna in Crocodili natura. hæc in primo libro dicta ſufficiant.

FINIS PRIMI LIBRI.

# ORI APPOLLINIS NILIACI DE NOTIS HIEROCLYHPICIS LIBER SECVNDVS BERNARDINO TREBATIO VICENTINO INTERPRETE.

IN ſecundo tractatu reliquorum tibi veram rationem tradam, quæ autem nec in alijs exemplaribus vllã habent rationem ea primũ ſubiunxi.

Quid Significent cum Stellam ſcribunt.

ſtella q̃d notat.

STellam ſcribẽtes aliquando deum ſignificãt aliquando noctẽ,aliquando tẽpus: aliquãdo animã hominis maſculi.

Quid cum pedes hominis pares & firmatos.

HOminis pedes pares & firmati Solis curſũ ſignificant in hyemali tropico.

Quid cum hominis cor gutturi appenſum.

Cor hominis gutturi appẽſum.

COr hois gutturi appenſum,boni viri buccam deſignat,

Quid? cum digitum. ſcribunt.



HOminis ſtomachum ſignificat digitus.

Quid? cum penem manu compreſſum.

PEnis manu compreſſus,hominis tẽperantiã ſignificat.

Quomodo morbum ſignificant.

PApaueris flores hominis morbũ ſignificat.

Quomodo ile Hominis.

ILe hominis cum volũt ſignificare os pingũt quod ſpinã dicunt.putant enim aliqui, ſperma inde ferri.

Quomodo firmitudinem Ft ſecuritatem.

COturnicis os pictum,firmitudinẽ & ſecuritatẽ ſignificat.etenim non temere patit̃ huius animalis os. Coturnicis os.

Quomodo Concordiã.

DVo hoines inſignia magiſtratus induti,cõcordiam ſignificant

Quomodo turbationem.

ARmatus vir & ſagittãs turbationẽ ſignificat Armatꝰ vir q̃d.

Ouomodo Commenſurationem.

HOminis digitus commenſurationẽnotat.

Quomodo Deſponſatam Mulierem.

COrpus ſolare bipartitum cũ aſtro deſponſatã Corpꝰ ſolare.

mulierem deſinat.

Quomodo ventos.

ELeuata Aquila in ortum tendens, ventos ſignificat. aliter in aere Aquila alas extendẽs ventos notat.

Quomodo ignem.

FVmus in cælum aſcendens, ignẽ deſignat.

Quomodo opus.

MAris cornu pictum, opus ſignificat.

Quomodo vltionem.

FOeminæ vero cornu pictum, vltionem ſignificat.

Quomodo impium.

Imago dimidiata cũ gladio.

IMago dimidiata tãtum vmbilicotenus hominẽ oſtẽdens, cum gladio, impiũ ſignificat.

Quomodo ver.

EQuus fluuialis, Ver ſignificat.

Quomodo longaeuum.

LOngæuum ſignificãtes, Ceruũ pingũt. ſingulo quoq; ãno cornua germinat ceruus.

Quomodo auerſionem.

LEpus aut canis auerſus, auerſionẽ ſignificat

Quomodo cædem aut ſanguinem.

CRocodili veſpa volans, Crocodili nociuum ſanguinem ſignificat, aut cædem.

Quomodo mortem,

Nicticorax.

NYcticorax mortẽ ſignificat. noctu eñ de im



prouiſo aggreditur pullos. quemadmodum de improuiſo mors ſuperuenit

Quomodo Amorem.

LAqueus amorem ſignificat.

Quomodo Antiquiſſimum.

ORationes folia, & ſignatus liber, antiquiſſimum deſignat.

Quomodo Obſidionem.

SCala, obſidionẽ ſignificat ob accliuitatem.

Quomodo Rudem, aut muſam, aut parcam.

SEptem elementa in duobus digitis cõtẽta muſam, aut rudem, aut parcam ſignificant

Quid linea lineæ ſuper impoſita ſignificet

LInea linæ ſuperimpoſita, lineas decem planas ſignificat.

Quid ſignificent Hirundinem pingentes

PAtrimonium magnum relictũ filijs ſignificare volentes, hirundinẽ pingunt, hæc eñ moritura ſeipſam ĩ luto peruoluit, ac pullis latebras parat. Hirundinis natura

Quid ſignificet columba nigra.

MVlierem viduã & ſic permanentẽ vſq; ad mortẽ cum volunt ſignificare. colũbã ni

e

gram pingunt, hęc enim poſt maris interitũ ſēper ſola degit,

Quid ſignificet ichneumon

VIrum debilem, & qui aliorũ auxilio egeat ſignificare volentes. Ichneumonē pingunt. hic enim ſi auguem inimicũvideat. non ſtatī aggreditur, ſed prius vocatis alijs ex ſua ſpecie . ſic firmior præſidio. angui fit obuiam.

Quid ſignificent origano,

FOrmicarum defectum cũ volunt ſignificare, origanum pingunt. abeunt enī formicæ herba hac poſita in loco qua tranſeunt.

Quid ſcorpione & crocodilo.

INimicum inimico congreſſum ſignificare uolentes. ſcorpionem & crocodilum pingunt. hi enim mutuo ſe interimunt. ſi autem alterum victorem ſignificent, qui videlicet inimicum ſuum ſuſtulerit. crocodilum pingunt, aut ſcorpionem. & ſi quidem eum qui propere occiderit, crocodilum pingunt, ſi vero eũ qui tarde ſcorpionem. eſt enim tardi inceſſus ſcorpio.

Quid muſtella ſignificent

MVlierē viraginē cũ volunt ſignificare mu-



ſtellam pingunt. hęc enim habet maris teſticulum tanquam oſſiculum.

Quid porco

HOminem pernicioſum cum volunt ſignificare porcum pingunt talis eſt enim porci natura.

Quomodo iram immenſam:

IRã imenſã adeo vt irato febrē incutiat volentes ſignificare leonē pingunt catulos ſuos cauda flagellantē. & leonem quidē. ob irã, catulos vero. flagellatos. quoniam horum oſſa inter ſe colliſa ignem emittunt.

Ignem emittunt oſſa leonum colliſa.

Quomodo ſenem muſicum.

MVſicum ſenem cum volunt ſignificace cygnum pingunt, hic enim ſeneſcens canit q̃ ſuauiſſime.

Quomodo virum coeuntem cum vxore.

VIrum coeuntē cũ vxore cũ volunt ſignificare geminas cornices pingunt. hæc enī coeunt eodem modo quo homines.

Quid ſignificent cantharum cæcum ſcribentes.

Cantharus cæcꝰ.

HOminē qui ſolis ardore valetudinē cõtraxerit. & ob eã cauſã deceſſerit cũvolunt ſignificare cantharũ cæcũ pingunt hic enī radijs ſolaribus obcæcatus deficit.

Quid mula ſignificent.

MVlierem ſterilem cum volunt ſignificare mulã pingunt. hæc enim ideo eſt ſterilis quia matricem habet obliquam.

Quomodo mulierem ſignificent. quæ infantem fœmi= nam peperit,

